

*minis nisi spiritus hominis qui est in eo?  
ita etiam ea quae sunt Dei nemo novit nisi  
Spiritus Dei.*

*vers. 12. Nos vero non Spiritum mundi accepi-  
mus, sed spiritum qui est ex Deo: ut scia-  
mus quae Deus est vobis gratificatus.*

**Quæst. 53.** Quid credis de Spiritu  
sancto?

**R E S P.** Primum, quod sit verus & coeternus Deus  
cum aeterno Patre & Filio: Deinde, quod mihi  
quoque datus sit, ut me per veram fidem Christi  
& omnium ejus beneficiorum participem  
faciat, me consoletur, & mecum in aeternum  
maneat.

**B**EATVM pronuntiat Psaltes populum eū, cui se  
cognoscendum præbet Jehova. Ps. 89, 16.  
Et nos felices & beati prædicandi ex Dei be-  
nignitate tam largiter in nos testata:  
ut hactenus ex doctrina de Deo Patre  
& Filio ejus D. N. J. C. prolixè perce-  
pimus.

Deus enim verè se ad salutem cognoscendum præbuit nobis:

Partim ut Creatorem omnipoten-  
tem, aeternum, sapientem, bo-  
num &c.

Partim ut redemptorem unicum &  
perfectum. &c.

Non satis hæc cognitio.

Credendum etiam in S. S. non minus  
quam in Patrem & Filium Dei.

Necel-